Pactum vero vel placitum convenienter hac iustissime inter partes conscriptum, si etiam penam in eis inserta non fuerit, revolvi aut inmutari nulla ratione permittimus. Et ideo que pactis vel placitis continentur vel monstrantur scripta, plenam habeant[g] firmitatem, si[h] tamen quisque ille pactum vel placitum iustissime et de re sibi debita conscripsisse videatur.

V. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne valeant definitiones vel pacta[a] servorum.

Et honestas hoc habet, et iustitia hoc adfirmat, ut que servi non iubentibus dominis suis, seu per scripturam paciscuntur, sive per testem definiunt, nullo firmo robore penitus habeantur.

VI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De turpibus et inlicitis rebus

inter quascumque personas, sicut nullum pactum aut mandatum vel placitum, ita nec damnum seu quamcumque[a] definitionem ex omnibus nullo[b] tempore decernimus posse valere.

VII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.[1]

Ne sub unius nomine cause res alia vel persona callidis definitionibus obligetur; de pena etiam, que sit in placitis inserenda.

Pravis hac malignis moribus inprovorum[a] iustitie[b] semper est sententiis obviandum. Ideoque, quia dira perversorum[c] cupiditas ita sepe[d] plurimos novarum fraudium mollitione conlaqueat, ut, cum pro re qualibet adinplenda sit pactio, res eorum simul obligent hac personas[e], hoc fieri omnimodo proibemus. Sed quotiens undelibet placitus[f] conscribitur, non amplius in transgressoris pena, quam duplatio reddende rei vel triplatio nummorum satisfactione taxetur. Res[g] tamen omnis[h] aut persona nullatenus obligetur[g]; quia iniustum penitus

g) habeat R1. h) sic R1.
V. a) placita R1. b) deest R2. c) deest R1.
VI. a) quacumque R1. b) ullo R2.
VII. a) inproborum R2. b) iustitiam R1. c) perversori R1. d) se R1. e) per has p. R1. f) placitum R2. g) Res — obligetur des. R1. h) omnes R2.

1) *Ex iure Romano sumpta*; cf. *L. Rom. Vis. Paul.* I, 1, 2.